1465 Padoue 37

In Christi Nomine Amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto
Indictione terciadecima die lune quartodecimo mensis octobris. Padue in contrata strate maioris. In domo
habitationis Nobilis viri domini Comitis calza. Presentibus prefato domino Comite calza quondam eximii
legum doctoris domini Alovisii de dicta contrata strate presbitero zanino quondam spectabilis militis domini Nicolai asa-
uonarolla habitatore padue in contrata sancte lucie et marcho de brixia quondam bonini de sanoldis habitatore pre-
sencialiter in domo dicti domini Comitis testibus ad hec habitis vocatis et rogatis. Ibique Honorabilis et
Circumspectus vir ser lodovicus de palazolis civis et habitator padue in contrata sauonarolle ut gestor et
procurator nomine Nobilis viri domini Antonii barbadico patricii veneti quondam magnifici domini Gabrielis
barbadico pro quo promisit de rato et rati habitione et se facturum et curaturum cum effectu omni
exceptione Iuris vel facti remota quod predictus dominus Antonius laudabit ratificabit et approbabit
omnia et singula in presenti Instrumento contenta. Sub pena et obligatione omnium suorum bonorum
Iure proprio et in perpetuum dicto procuratorio nomine dedit tradidit et permutavit ser Francisco
B. quondam Iohannis grandi habitatori in contrata viccarie arcelle extra portas cudalonge ibi presenti stipulanti
recipienti et acceptanti pro se et suis heredibus Campos duos terre aratorie plantate vitibus et arboribus
C. positos in contrata caponi extra dictas portas quibus coheret ab una parte via comunis ab alia Iura
monasterii arcelle et ab aliis partibus prefatus dominus Antonius. Et hoc ideo fecit dictus ser lodovicus
dicto nomine quia dictus ser Franciscus In cambium dictorum duorum camporum pro se et suis heredibus
D. Iure proprio et in perpetuum dedit tradidit et permutavit predicto ser lodovico ibi presenti stipulanti
et recipienti nomine et vice dicti domini Antonii et eius heredum Campos duos terre aratorie
plantate vitibus et arboribus positos in dicta contrata caponi extra dictas portas quibus coheret ab
una parte via comunis ab alia Iura monasterii sancte marie carmelitarum ab alia dictus ser franciscus
et ab alia ser petrus marzonus. Salvis aliis verioribus et pluribus confinibus si qui sunt. Ad habendum
tenendum et possidendum et quicquid predictis domino Antonio et ser Francisco et eorum heredibus de dictis
Campis terre Invicem permutatis et traditis deinceps placuerit perpetuo faciendum. Cum omnibus
et singulis que infra predictos continentur confines vel alios si qui forent accessibus et egressibus suis usque
in vias publicas et cum omnibus et singulis que dicti Campi terre habent super se infra seu intra se
in integrum omnique Iure et actione usu seu requisitione dictis Campis terre Invicem permutatis et
traditis seu ipsis domino Antonio et ser Francisco pro eis modo aliquo spectante et pertinente. Dicentes
et asserentes prefati ser lodovicus dicto nomine et dictus ser Franciscus dictos Campos terre sibi Invicem
traditos nulli alii fore datos [illegible] vel modo aliquo obligatos nisi nunc sibi Invicem modo predicto
et si aliter factum fore reperiretur se Invicem dictis nominibus Indempnes conservare promiserunt omnibus
periculis sumptibus et expensis dicti domini Antonii et dicti ser Francisci. Quibus predicti ser lodovicus
dicto nomine et ser Franciscus scilicet unusquisque eorum vicissim sibi alteri nomine Campos sic traditos
et permutatos constituerunt possidere usque quo unusquisque eorum ipsorum Camporum possessionem corporalem
corporalem quam accipiendi sua auctoritate et retinendi deinceps unus alteri adinvicem licenciam omnimodam
dedit et contulit. Promittentes unus alteri dictis nominibus adinvicem solempnibus stipulationibus
hinc inde intervenientibus litem questionem vel controversiam de Campis sic traditis et permutatis
alteri vel eius heredibus ullo tempore non inferre nec Inferenti consentire. Immo unusquisque ut dictus
ser lodovicus dicto nomine et dictus ser Franciscus nomine suo Campos sic permutatos alteri
vel eius heredibus adinvicem ab omni homine et persona parte comuni collegio et universitate legiptime
deffendere auctorizare et disbrigare omnibus suis periculis et expensis. Et predictas permutationes
et dationes et omnia et singula in presenti Instrumento descripta et annotata semper et perpetuo firmas ratas
et gratas ac firma rata et grata habere tenere attendere et observare et nullo tempore in aliquo
contrafacere vel venire pro se vel alium aliqua ratione vel causa de Iure nec de facto. Sub pena refectionis
omnium dampnorum Interesse et expensarum et sub pena stipulatione promissa totiens committenda petenda
et cum effectu exigenda quotiens in aliquo predictorum fuerit contrafactum et pena soluta vel non
nichilominus predicta omnia et singula firma perdurent et contractus iste in sua permaneat roboris
firmitate. Et pro predictis omnibus et singulis melius attendendis et firmiter observandis
predictus ser lodovicus obligavit omnia bona dicti domini Antonii et dictus ser Franciscus omnia
sua bona presentia et futura. Et quod possit pars attendens predicta contra non attendentem capere
et forbanniri facere et tenutam de suis bonis accipi semel et pluries pro observatione predictorum Padue
vel Venetiis et ubique foranee. Et generaliter ubique locorum et terrarum. Renuntiantes super hoc omnibus
ferris dictis feriatis statutis decretis ordinibus et reformationibus consiliorum comunis padue et
cuiuslibet alterius loci omnique alii suo Iuri

A

Ego Iohannes Antonius filius ser Francisci de oczano civis et habitator padue in quarterio
pontis mollendinorum centenario sancti Iacobi et contrata aggeris interius publicus Imperiali
auctoritate notarius suprascriptis omnibus interfui et rogatus ea omnia fideliter scripsi et in hanc
formam publicam redegi.